UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Iesvitarvm Assertiones, Ex Epistola Priori Divi Pavli ad Timotheum, in Schola Dilingana disputatas, quibus totum Papatum stabilire conati sunt, pia responsio

Bidembach, Wilhelm
Osiander, Lucas

Tvbingæ

VD16 B 5358

handschriftliche Notizen

urn:nbn:de:hbz:466:1-36892

Visual Library

Augustinus ad Fortunatianum ep. [illegible]

Neque quorumlibet disputationes, quamvis Catholicorum & laudatorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid ex eorum scripturis improbare atque respuere.

Ambrosius de Virginib. lib. 4.

Nos nova omnia, quae Christus non docuit iure damnamus, quia fidelibus via Christus est. Si igitur Christus non docuit, quod docemus, etiam nos id detestabile iudicamus.

August. lib. 2. contra Cresconium Grammaticum cap. 32.

Ego huius Epistolae autoritate non teneor, quia literas Cypriani, non ut Canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero, & quod in eis divinarum Scripturarum autoritati convenit, cum laude eius accipio: quod autem non convenit, cum pace eius respuo.

Tria his verbis docet August. Primum est, magnum inter Scripturas Canonicas & patrum scripta, esse discrimen. Alterum, quod cum iudicio sint legenda iuxta Pauli doctrinam: omnia probate, & quod bonum ac scripturae consonum est retinere iubet. Tertium, Scripturam sacram, in omnib. reb. dubijs ac controversijs, unicum esse Iudicem.

Idem ad Vincentium Donatistam Ep. 48.

Noli frater, contra divina, tam clara, tam indubitata testimonia, colligere velle calumnias ex Episcoporum scriptis, sive nostrorum, sive Hilarij. Primo, quia hoc genus literarum, ab authoritate Canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter senserint, quam veritas postulat. &c.

Item ad Vincentium Victorem lib. 2.

Negare non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quae possunt iusto iudicio & nulla temeritate culpari.

Item ad Hieronymum Ep. 19.

Ego enim fateor charitati tuae, solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc honorem timoremque deferre, ut nullum eorum authorem scribendo aliquid errasse firmissime credam, &c. Alios ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque praepollent, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per illos Canonicas, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt, &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Auguſtinus ad Paulinam de videndo Deo.

Si diuinarum Scripturarum, earum ſcilicet, quæ Canonicæ in Eccleſia nominantur, perſpicua firmatur autoritate aliquid, ſine vlla dubitatione credendum eſt. Aliis vero teſtibus, vel teſtimonijs, quibus aliquid credendum eſſe ſuadetur, tibi credere vel non credere liceat, quantum meriti ea admonentem, ad faciendam fidem vel habere, vel non habere perpenderis.

Ambroſius lib. 1. Officiorum.

Quæ in Scripturis ſacris non reperimus, ea quemadmodum volumus, vſurpare poſſumus.

Chryſoſt. in opere imperfecto in Matt. Homil. 49.

Oſtendens per hæc Dominus, quomodo ex ipſis Eccleſijs veris, frequenter exeunt ſeductores, propterea nec ipſis omninò credendum eſt, niſi ea dicant et faciant, quæ conuenientia ſunt Scripturis.

Theophylactus in Ep. ad Rom. Cap. vlt.

Qui aliquid adferunt præter Apoſtolorum doctrinam, ſcandala ac hæreſes, & diſſenſiones inducunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN